

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Discordia k
cum fonte primo

Sicut nichil est preciosius Deo uirtute dilectionis,
ita nichil est desiderabilius dyabolo extinctione caritatis.
Quisquis ergo seminando iurgia dilectionem proximorum perimit,
hosti Dei familiaris seruit.

Gregorius in pastorali.

Quia autem nihil est pretiosius Deo uirtute dilectionis,
nil desiderabilius est diabolo extinctione caritatis.
Quisquis igitur seminando iurgia dilectionem proximorum perimit,
hosti Dei familiaris seruit,
quia qua ille amissa cecidit,
hanc iste uulneratis cordibus subtrahens,
eis iter ascensionis abscidit.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.23
(SC 382, F. Rommel ed., pp.414/416, ll.33-39).